

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

2. Vocatio

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

moribus impurissimis, mirum est te hominum
flori potuisse præfici, & hoc magis, cum nemini
nem meliorem reddas, subinde alios habere
quos decipias. *B.* Neminem? *A.* Nomina a-
liquem. *B.* Imo multos. *A.* Vnum. *B.* Vah
obruor numero. *A.* Eiice, qui primus in bucca
B. Tibi ego lusui sim? *A.* Tibi ego filium cre-
dam? *B.* Tuum ego truncum formem? *A.* Tu-
as ego nugas emam? *B.* Tuis ego sordibus mi-
scear? *A.* Tuas ego virgas adorem? *B.* Meis
ego deliciis caream? *A.* Meis ego pugnis par-
cam? *B.* Itaque non committis filium? *A.* Non
equidem si canisset, reliquis charior.

2. VOCATIO.

A. Unde tu tristis? *B.* Ex adytis. *A.* Quid tu
ibi. *B.* Ambibam sacerdotium. *A.* Nefas
vocabundus eras. *B.* Inepte; siquidem aliud ve-
lim operiri seculum. *A.* Itaque ambire oportet?
B. Imò emere, nam in tanta ambientium tur-
ba si nummi fuissent non iam dolerem, *A.* De
vocatione vero ecquid? *B.* Ea debetur, quib. ius
primogenituræ est, aut hæreditatis. *A.* Obscurè
loqueris. *B.* Sic decet in mysteriis. *A.* Itaq; aut no-
men, aut argentum sub sternit sacræ functioni? *B.*
Sic tēpora volunt *A.* Et animarū curam emiris?
B. Cogimur? *A.* Venditis? *B.* Si spes lanæ pluris
sit. *A.* Nihil hic conscientiæ? *B.* Paupertas pro-
hibet. *A.* Scilicet ad sacerdotale otium tanto
numero à parentibus destinamini, ut arcendi si-
tis ab Ecclesiâ, non exorandi. hinc qua primum
ingre-

VOCATIO.

II

ingredimini die, res vestras, non eius agitis. **B.**
 Alendi sunt nostri. **A.** Siquidem Ecclesiae cura
 alimoniae vel ditescendi potius species est, haud
 posthac mirabor, si huic rei unice incumbatis. **B.**
 Non unice, sed post sacros sermones habitos.
A. Quid si ille ipse sermo tuus sacram pauperie
 persuadeat? **B.** Aliud cathedra, aliud Oecono-
 mia convenit. **A.** Aut liberalitatem hominibus
 commendet? **B.** Siquidem in Sacerdotem & res
 sacras conferre quid velint. **A.** Aut hominem ad
 maiora festinantem, Dei vocationem expectare
 iubeat? **B.** Ea est superiorum favor: nam quis est
 ccelis loquentem Deum expectet? **A.** Tu vero
 credis per hos nundinatores Deum tibi oves su-
 as vendere? **B.** Illos imperare, me sequi par est.
A. Vides nempe quo fundamento illa tua ia-
 stantia insistat, qua de ordinarium, legitimum,
 vocatum, Dei legatum, interpretem, & dispen-
 satorem ad populum proclamas? **B.** Interim
 verbum Dei doceo. **A.** Quid si idem faciat vir
 bonus ex plebe, animo devoto, corde integro?
B. Atqui latinè nescit? **A.** Deum germanum
 nobis explicit. **B.** Methodum nescit? **A.** Scri-
 pturæ utatur. **B.** Examen non sustinet. **A.** Et
 id permulti est vobis segregimè. **B.** Locis com-
 munibus instructus non est. **A.** Perlegat libellos
 vestros translatos. **B.** Nescio quid velis. **A.** Id
 certè, neque illum neque te ad Ecclesiam verè
 vocari, ubi vel consuetudo, vel nomen, vel co-
 gnatio, vel grammatica, vel argentum, vel soli-
 citatio, vel intercessio, vel lucri otiumque spes vos
 Ecclesiaz obtrudunt.

A 6**A.** Sati

DIA.
 estre hominum
 is, cum nem-
 de alios habent
 A. Nomina e-
 num. **B.** Vnde
 primus in buca
 ego sum in cre-
 brum? **A.** Tu
 go pugias pa-
 cilium? **B.** Non
 rior.

0.

s. **A.** Quid tu
 m. **A.** Ne sita
 m aliud ve-
 ire oportet
 ntrum tur-
 em. **A.** De
 ur quibus
 . **A.** Oculorum
 Iraq aut no-
 refunditionis?
 curam emisit?
 pes lazar pluri-
 Paupertas pro-
 e oium caro-
 ut arrendisti
 ne quaprum
 inge-